Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



act 9

postulantes adus illu damnationem. Ad quos respondi qa
non est consuetudo romanis donare aliquem hominem prius
quam qui accusati presentes habeat accusatores. locumq;
defendendi accipiat ad abolenda abluenda crimina. Cum g hunc
conuenissent sine ulla dilatione. Sequenti die sedens
pro tribunali iussi adduci uirum. de quo cum stetissent ac
cusatores nulla causam deferebant. de quibus ego suspi
cabar malam. Questiones u quadam de sua superstitione
habebant adus eum. de quodam ihu defuncto. quem af
firmabat paulus uiuere. hesitans autem ego debui
mdi questionem. dicebam si uellet ire hierosolimam ibi
iudicari de istis. Paulo autem appellante ut seruaretur
ad augusti cognitionem. Iussi seruari eum donec mittam e
eum ad cesarem. Agrippa autem ad festum dixit uolebam et ipse homi
nem audire. cras inquit audies eum. Altera autem die cum ue
nisset agrippa et bernice cum multa ambitione. et
introissent in auditorium cum tribunis et uiris principa
libus cum iussu festi adductus est paulus. et dixit
festus. Agrippa rex et omnes qui simul adestis nostis eum uiri.
Uidetis hunc de quo omnis multitudo iudeorum interpel
lauit me hierosolimis. et hic clamantes dicere non opor
tere eum uiuere amplius. Ego u comperi nihil dig
num eum morte admisisse. Ipso autem hoc appellante ad
augustum iudicium mittere. de quo quid certum scribam
domino non habeo. Propter quod produxi eum aduos. et maxime
ante te rex agrippa. ut interrogatione facta habeam
quod scribam. sine ratione enim mittere uinctum
et causas eius non significare. Agrippa u ad paulum ait. Per
mittitur tibi loqui pro te. tunc paulus extenta ma
nu cepit rationem reddere. De omnibus quibus accusatus sum
iudeis. Rex agrippa estimo me beatum apud te. cum sit de
fensurus me hodie maxime te sciente omnia. Que apud
iudeos sunt consuetudines et questiones. propter quod obsecro
patienter me audias. et quidem uitam meam iuuentutis

petens a acclamant